



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Poenae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

exigui & tenues proventus, saltem habeatur Magister eligendus ab Episcopo cum consilio capituli, qui scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, cui ex fructibus alienius beneficii simplicis, vel ex mense Capitulari, & Episcopali, vel meliori modo quo fieri poterit, provideatur.

Ad Quartum responderetur, prout in *ver. beneficium*, §. 5. dicto 8. quod non, sed semper sunt sub dispositione Ordinatorum.

Ad Quintum, vide Conc. Trid. loc. cit. §. de cetero. & Concilium Provin. Beneventanum, c. de præb. Theol. dicit, quod Regularis ad hoc munus possit assumi, donec de seculari poterit provideri. & Neapoli, & in duobus aliis Archiepiscopatibus vidi seculares Theologos fungi hoc munere, quo & ego in duobus, licet immeritò functus sum, & Host. in *Sum. tit. de offi. ord.* §. sunt autem quadam, in fin. ubi dicit, quod melius, & honestius est, ut Episcopi habeant concilium suorum, quam extraneorum, nisi ubi sui se indignos reddunt, quo casu Religiosi succedunt, & allegat multa pro practica.

## PECUNIA.

Primò, pecuniæ appellatione veniunt omnia, quæ numero, pondere, & mensura consistere possunt, ut frumentum, vinum, oleum, atque hujus generis cætera, Tiraq. de *utroque retract.* §. 1. glos. 14. nu. 42. deservire possunt. Primò in crimine simoniæ, quæ etiam contrahitur ex munere, obsequio, & lingua, ut

patet *juribus vulgatis* l. 9. 1. Secundo, pro legato, sive aliis; an autem appellatione mobilium veniat pecunia, quaeritur, negativè respondet HERN. in *ca. de pac. neb. n. 39.*

Secundo, pecunia quando dicatur expensa in Ecclesiæ utilitatem, vide Innoc. in *capit. quod quibusdam*, num. 4. de *fidejussor.* & vide *sup. in ver. alienatio*, §. 12. addito de novo. Covar. *lib. 2. cap. 17. nam. 3. var. resol.* quod animadvertere debent emptores, quando emunt bona Ecclesiæ, ne iterum postea cogantur solvere.

## P O E N Æ.

Primò, quot sint pœnæ ecclesiasticæ, & spirituales, corporales, & temporales, vide Inno. in *cap. qualiter*, & quando. numer. 9. de *accusat.* Abb. in *capit. constitutus*, & *capit. suam*, per totum, de pœnis. Sylvest. in *ver. pœna*, §. 1.

Secundo, quando debeat pœna quæ apponit solet in contractibus, videtur eund. §. 25. *ver. septimum*. Nav. *capit. 23. numer. 67.* & *infra*, ubi dicit, quod licet de jure possit exigi, tamen de consuetudine non potest, nisi quatenus concurrat interesse, prout dixi in *verb. interesse*. Ratio est, quia non auditur agens sine interesse, l. si patroni, §. qui fideicommissariam ff. ad *Senatuscons. Trebel.* Tiraq. de *utroque retract. titul. 1. §. 1. glos. 2. num. 51.* ita etiam habetur ex *Afflic. decis. 235.* & sic dicit decilum fuisse in facto, quod confirmatur ex *Gram. decis. 58. nu. 7.* & ita consuevit condemnare sacrum Concil. Neapolitanum, & *deci. 2.*

Ccc 3 numero

numero 8. dicit, id communiter tenere Canonistas, idem Foller. *in addit. ad Marant. 4. par. distinction. 9. num. 121.* vide *ca. constitutus, de pœnis, gloss. in ca. suam, in fin. eo. tit. & gloss. in capit. dilecti filii, in ver. pœna, de arbitris*, ubi videtur confirmare dictum prædictorum Doct. Boss. *in tit. de pœn. nu. 30.* dicit pœnam positam in contractu, non posse exigi à fisco, nisi Notarius fuerit stipulatus nomine fisci, ex Bar. *in l. 1. in fin. ff. de iure fisci*, vide Cov. *de spons. 2. p. cap. 6. num. 2. §. 4. & lib. 1. cap. 14. var. resol. vide Innoc. in ca. tuam, de pœnis, & Bald. in Marg. Inn. in ver. promisi. centum.*

Tertiò pœnæ sunt omnes arbitrariæ, & Judex, licet sit imposita certa pœna à jure, potest illam ex causa minuire, & hoc dum pronunciat, postea verò non Abb. *in ca. 2. & 6. de pœn. Boer. des. 289. nu. 7.* Ratio assignatur à Panor. *in ca. non debet, num. 2. de consang. & affinit. vidi Addit. ad Dyn. in c. odia, de reg. jur. lib. 6. Host. in Sum. tit. de offi. ordin. §. quid,* & etiam postquam pronunciat, si super illo delicto, in quo fuit imposita pœna, possit judex dispensare, *ca. ut se clericus, §. de adulteris, de judiciis*, vide Pan. *in ca. licet, de pœnis.*

Quartiò, pœna debetur, etiam si unus nummus, vel obolus defecerit in solutione, Tiraqu. *de utroque retract. titu. 2. §. 4. numer. 25.* quod etiam in depositario, & emphyteuta, non solvente integrum Canonem, valet, prout dixi *in ver. locatio, nu. 7.*

Quintò, si quis laicus fuerit punitus coram iudice ecclesiastico de crimine mixto, an possit postea puniti à iudice

laico: vide Afflict. *decis. 219. num. 4.* & hoc intelligitur, quando coram iudice ecclesiastico non fuerit sufficienter punitus. Covar. *lib. 2. cap. 10. num. 4. §. 6. var. resol. vide Clarum, quæst. 57. vers. sed hic occurrit, & vers. sed quæro.* Bald. *conf. 160. li. 3.* ubi habet de illo qui cognovit Monialem, & dicit posse eum punire iudicem laicum, etiam si à iudice ecclesiastico fuerit punitus, idem Afflict. *in constitutione, Multæ leges, num. 6.*

Sextò, quamvis iudices ecclesiastici possint pœnas, quas exigunt ab inquisitis, sibi retinere, & maximè quando indigerent, tamen honestius agerent, si illas in pium usum deputarent, Diaz *pract. crim. Can. ca. 134. iuxta medium*, tamen Conc. Trid. *sess. 25. ca. 3. de refor. §. in causis verò judicialibus*, dicit eo ipso debere locis piis, quod exactæ fuerint, assignari. Host. *loc. cit. vide superius, in ver. compositio, §. 3. & sac. Congreg. declarat. 171. in meis, centuit in hæc verba: In multis quæ ex ordine Concilii Tridentini sunt applicatae piis locis, servandum est idem Concilium Tridentini.*

Septimò, pœna pro contumacia, quæ exigenda? Vide Ifern. *in usib. feud. Rubr. de statut. & consuet. n. 16.* se remittit ad consuetudinem.

Octavò, pœna corporalis magis imponi debet plebeis, quàm nobilibus, pecuniaria è contrà, gloss. *in ca. cum quidam, in ver. dignitate, de iurejurand.* Covar. *lib. 2. cap. 9. num. 3.*

Nonò, pœna presbyteri occisi cui applicanda, Ecclesiæ, an hæredibus eius, vide *capitulum secundum, & ibi Abb. & Henric. de pœnis, Covar. loc. cit.*

Decimò,

Decimò, pœna pecuniaria potest imponi ab Episcopo in quibusdam delictis, & contra excommunicatos, Felin. *in ca. nonnulli, ver. ceterum nos, de rescr. clar. qua. 80. ver. in hoc autem.*

Undecimò, pœna contra homicidas, & bannitos, vide Pii II. *Bullam 3. Sixti IV. Bull. 10. Julii II. Bull. 5. Leon. X. Bull. 13. Clem. VII. Bull. 6. Pii IV. Bull. 30. 80. 83. 104. Pii V. Bull. 13. Gregor. XIII. Bull. 66. & Sixtum V. in alia Bulla.*

Duodecimò, pœnæ contra Prælatos, & alios beneficiatos se ingerentes administrationibus Ecclesiarum, non levatis Bullis, habentur in *Bulla 4. Jul. II. qua incipit, Romani Pontificis.*

## POSSESSIO.

Primò, possessio quomodo probetur vide in *ver. dominium.*

Secundò, an liceat propria auctoritate ingredi possessionem, quando aliquis possideret, vide *Afflict. dec. 403. n. 7. ubi affirmativè respondetur.*

Tertiò, & quid in beneficialibus, vide in *ver. intrusus.*

Quartò, in beneficialibus quoniam pacto detur possessio vera corporaliter, vel quasi possessio & quomodo hoc intelligatur, vide *Dyn. in cap. 1. num. 31. de reg. jur. lib. 6. similiter jurisdictiones, servitutes, & alia incorporalia quomodo possideantur, vide eundem in c. sine, num. 4. cod. lib. 8. tit. 8. & ibi addit. in ver. quasi, & gl. in c. conquestus, in ver. quasi, de foro comp.*

Quintò, an, & quando quis dica tur sterisse in pacifica possessione, vide *Staph. fol. 28. num. 13.*

Sextò, possessio triennis probatur per unum testem de visu, & per duos de publica voce, & fama, *Anchar. conf. 42. prope finem, Felin. in c. veniens, il 1. col. 6. num. 16. versio. scias etiam, de test. Rota decis. 7. de restitu. spoliat. in noviss. Caputaq. dec. 348. par. 2.*

Septimò, possessio annalis, vel triennis, vel decennalis an requiratur, ut sit immediata ante litem motam, an sufficiat, quòd esset perfecta ante litem quando cunque, ad hoc, ut impediatur sequestrum: si eundem affirmat *Caputaq. decis. 384. par. 2. & non primum.*

## PROCURATIO.

Procuratio quando debeat prælatis, ratione visitationis, consecrationis, reconciliationis Ecclesiarum, vel quando veniunt ad degradationem Clericorum, vel ad consecrationem Episcoporum, vide *Abb. & Doct. in c. cum sit, de simon. & ibi Addit. in Abb. vide in ver. concilium, §. 5. in ver. visitatio, §. 6.*

## QUÆSTORES.

Quæstores prohibentur prædicare, & contrafacientes ab Episcopo possunt puniri, *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reform. in fin. & sess. 21. c. ult. de refor. disponit, ut eorum nomen, atque usus in omnibus Christianæ Religionis locis aboleatur, nec obstat Bulla Pii IV. qua est 42. qua incipit, Pontificis, tamen sine indulgentiarum publicatione, & concessione confessionalium. Pius V. Bull. 30. qua incipit, Et si, ubi dat facultatē quæ-*